Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



AD PHILI

et obsecratione pro omnibus sanc
tis. et pro me ut detur mihi sermo
in aperione oris mei cum fiducia no
tum facere mysterium euangelii p
quo legatione fungor in hac cathena
ita ut in ipo audeam prout oportet
me loqui. sed uerbum dei no potest
alligari. Vt autem et uos sciatis que
circa me sunt quid agam. omnia u
nobis nota faciet tychycus karissimus
frater meus. et fidelis minister in do
mino quem misi ad uos in hoc ipsum ut
cognoscatis que circa uos sunt. et con
solentur corda uestra. Pax fratribus
et caritas cum fide a deo patre nostro
et domino iesu cristo. Gratia cum om
nibus qui diligunt dominum nostrum ie
sum cristum in incorruptione. Amen.

Incipit Epistola Plogus in epi
stolam Paulo ad philipenses

Philipenses
sunt macedones. Hu ac
cepto uerbo uitatis pse
uerunt in fide. nec recepe
runt falsos apostolos. Hos
collaudat apostolus scribens eis ero
ma decarcere per epaphroditum.

Explicit plogus. Incipit Epistola
Pauli ad philipen

Paulus et tymothe
us. serui iesu xpi.
omnibus sanctis
qui sunt philippis
in cristo iesu. cum
omnibus episcopis et diaconibus.
gratia uobis et pax a deo patre
nostro et domino nostro iesu xpo.
Gratias ago deo meo in omni memo
ria uestri semper in cunctis orationibus
meis pro omnibus uobis cum gau
dio deprecationem faciens super communi
cacione uestra in euangelium xpi
a prima die usque nunc confidens hoc
ipsum. quia qui cepit in uobis opus bo
num perficiet usque in diem domini nostri
iesu cristi. Sicut est mihi iustum
hoc sentire pro omnibus uobis eo quo
habeam uos in corde. et in uinculis meis
et in defensione. et confirmatione euan
gelii. socios gaudii mei omnes uos
esse. Testis enim mihi est deus quomo
cupiam uos omnes in uisceribus iesu.
Et hoc oro. ut caritas uestra magis
ac magis abundet in scientia
et in omni sensu. ut probetis potiora
ut sitis sinceres et sine offensa in die
cristi repleti fructu iustitie per iesum
cristum in laudem dei. et in gloriam.
Scire autem uos uolo fratres quia quo
circa me sunt magis ad profectum
pueneruntt euangelii. ita ut uinculi
mea manifesta fierent in cristo in to
pretorio et in ceteris omnibus. ut plures
de fratribus in domino confidentes
in uinculis meis habundantius aude
rent sine timore uerbum dei loqui.
Quidam quidem propter invidiam
et contencionem. quidam autem et per
bonam uoluntatem cristum predi
cant. quidam ex caritate. scientes quo
niam in defensione euangelii po
nitus sum. Quidam autem ex contencione
xpm abnegant non annuntiant non
sincere existimantes pressuram.